Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



DANI

renuit sup eum. Hec est interpratio
sententie altissimi. que pueniet super
dominum meum regem. Eicient te ab ho
minibus. et cum bestiis feris erit ha
bitatio tua. et fenum ut bos comedes.
et rore celi infundis. Septem quoque tempo
ra mutabuntur super te. donec scias quod do
minetur excelsus in regno hominum. et cui
cumque voluerit det illud. Quod autem precep
erit relinquere germen radicum eius. tuum tibi manebit
postquam cognoueris potestatem esse celestem.
Quam obrem consilium meum rex pla
ceat tibi. et peccata tua elemosinis redi
me. et iniquitates tuas miseris pau
perum forsitan ignoscet deus delictis tu
is. Omnia hec uenerunt super nabuc
hodonosor regem. Post finem uisionum. xii.
in aula babylonis deambulabat. Re
spondens rex. ait. Nonne hec est ba
bylon magna. quam ego edificauit in do
more fortitudinis mee. et in gloria decoris
tui. Cum adhuc esset sermo in ore
regis. vox de celo ruit. Tibi dicitur nabuchodo
nosor. regnum transiit a te. et ab hominibus te
eicient. et cum bestiis feris erit habi
tatio tua. fenum quasi bos comedes. et
septem tempora mutabuntur super te. donec
scias quoniam dominetur excelsus in regno
hominum. et cuicumque voluerit det illud.
Eadem hora sermo completus est super na
buchodonosor. et ab hominibus abiectus est.
et fenum ut bos comedebat. et rore celi
corpus eius infectum est. donec ca
pilli eius in similitudinem aquilarum
crescerent. et ungues eius quasi aurum.
Ego post finem dierum ego nabuchodo
nosor oculos meos ad celum leuauit. et sen
sus meus redditus est mihi. et altissimum
benedixi. et uiuentem in sempiternum
laudauit. et glificauit. quia potestas eius
potestas sempiterna. et regnum eius
in generationem et generationem. Omnes habi
tatores terre quasi non reputati sunt. Iuxta uoluntatem eius
suam fecit. tam in uirtutibus celi quam
in habitatoribus terre. et non est qui resistat
manui eius. et dicat ei quare fecisti.
In tempore quo sensus meus reuersus est
ad me. et ad honorem regni mei decoris
que reuersa est ad
me. et optimates mei et magistratus
mei requisierunt me. et in regno meo
restitutus sum. et magnificentia mea
amplior addita est mihi. Nunc igitur
ego nabuchodonosor laudo et magnifico et
glificio regem celi. quia omnia opera
eius uera. et uie eius iudicia. et gradi
entes in superbia potest humiliare.
Baltasar rex Capitulum. v.
fecit grande conuiuium opti
matibus suis mille. et un
cuique secundum suam bibebat etatem.
Precepit quoque iam tentulentus. ut affe
rentur uasa aurea et argentea que
asportauerat nabuchodonosor de templo quod
erat in hierusalem. ut biberent in eis rex
et optimates eius. uxores eius et con
cubine. Tunc allata sunt uasa au
rea que asportauerat de templo qui
erat in hierusalem. Et biberunt in eis rex
et optimates eius. uxores que et concu
bine eius. bibebant uinum. laudabant
deos suos aureos et argenteos.
et eneos et ferreos ligneosque et lapideos.
In eadem hora apparuerunt digiti
quasi manus hominis scribentis contra
candelabrum in superficie parietis au
le regie. Et rex aspiciebat articulos
manus scribentis. Tunc regis fau
ces conuertuntur. et cogitationes eius
conturbabant eum. et compages renum
eius soluebantur. et genua eius adse
invicem allidebantur. Exclamauit

XVI